

A pda, pietatis nomine distribuebat, & quarum urbium incolae nudabant, earum aedificia renovabat; ut & patriam studiosè exornaret, tribuque coronis circumdaret. *Stridat.*
 Justinianus Imp. in pecunia effundenda immodicus, ad conserendam intemperantissimus, plurima impendebat aedificationi. Argenteam statnam Theodosii Magni conlavit, plumbum ab aqua ductu abstulit, cum in alium usum converteret illud: ob quem rem ferme semper angustia rei numariae laborabat. Nam & in aliis rebus peragendis, quorum cupido eum corripuerat, inque re bellica praesertim, atque iis quos sibi infensos noverat perdendis, nulla utebatur parsimonia. Atque ideò modis parùm honestis pecuniam corradebat, illi que, qui ad hanc rem operam praestabant, summas habebat gratias. Nullus itaque avaritiae suae modus, cum & Theodora Augusta turpium rapinatum, & novorum vectigalium inventrix, populum geminato onere premeret. Quibusdam annua tributa indicebat, quasi malè de Christiana religione sentirent; aliis, quòd lascivè viverent; nonnullis, quòd inimicitias, & similitates inter se exercebant. *Cyprian. & Enag. lib. 4. cap. 30.*
B Justinus junior, senatores & opulentiores pecunia emunxit: nec pauperibus, nec Ecclesiis pepercit, sed res eorum quasvis gratia divendit. *Paulus Diaconus lib. 16. cap. 2.*
 Nicephorus Phocas Imp. praeter bellorum, novis tributis exactioibus subditos explavit, parum discriminis inter militem & hostem faciens. Senatui donativa subtraxit, indigentiam causans ob crebras ac varias expeditiones. Sacris item aedibus annuus redditus imminuit, & novo decreto, ne immobilibus bonis Ecclesiarum amplarentur, cavet. Unde antistites rei divinae curam deserere coeperunt. Defuncto aliquo Episcopo, in viduatam Ecclesiam aliquem regium ministrum mittebat: cui necessarias tantum expensas concedebat, reliqua convertens in suum usum. In provinciis item descriptores censendis pro capitibus misit, qui per fas & nefas subditis graves impoluerunt exactiones, ne pauperibus quidem praeteritis. Ordines militares perturbavit, terrestres in navalem militiam, ac nauticos in pedestrem ordinem annumerando, ac confundendo. Numismata corruptit, & pondus consuetum imminuit, adeò ut reudis ponderosiore numo, rogationes autem sine expensis leviores faceret. Gravi oborta fame, majore pretio frumentum vendidit, quam ceteri mercatores. *Cyprian.*
 Alexius Comnenus Imp. modos insolitos comparanda pecunia invenit, falsos creditores contra quosdam inducens, qui suas illis res auferrent, quum eis nihil deberetur. Inde apographi ubique in agris ac territoriis diversis litigantes possessionibus abigebant. Sed & novationes nominum excogitavit plurimas, & iniquissimas. Sacra quoque ex templis sunt detracta. Numismata aereo in expensis imperii utebatur: tributa vero in auro exigebat probatissimo. Semiaureos, & aereos nummos pro aureis spargebat. Itaque aere indigens plurimo, obulos quoque in numisma transfudit, & aerea publica opera conslavit. Novas decimas instituit. *Cyprian.*
 Gualielmus Rufus Anglorum Rex, avarissimus fuit, ne facris quidem parcens. *Polyd. lib. 10.*
 Adolfus Nassaviensis Imp. pessimè audivit, quòd aduleteriam monetam cuderet, clam fana expilaret, quòdque centum millia aureorum ab Edoardo Anglorum rege stipendii nomine accepta interceptisset. Itaque datus illi à Pontifici de Bonifacio emulus, Albertus Austriae dux, à quo ad Vangionas cæsus est. *Dubravicus lib. 18.*
 Venceslaus III. Boemorum Rex, cum modum liberalitatis nefeciret, egere paulatim cepit, & que alienum primum contrahere, dein, cum solvendo non esset, tributa alia super alia indicare, vectigalia augere, Judæos compilare, nec ulium genus exactioem praetermittere. Apud nobilitatem quoque magnam sibi invidiam conlavit, quòd nonnullos eorum in carcerem detruserat contradicere aulos; magis etiam, quòd Proceres ne audire quidem voluerit veniam deprecantes. Ergo in Moravia abeuntes, filium ejus Premislam ad rebellandum instigarunt. *Dub. lib. 16.*
 Ericus, ex Pomerano duce Rex factus Daniae, Sueviae & Norvegiae, diuturni belli contra Silevicensis duces sub praetextu, tria regna exhaurebat, sed Sueciam imprimis, utpotè locupletiorum. Proinde, Engelberti unius è proceribus ductu, sese in libertatem Suevi, ejectione Danorum praediis, vindicare. Cælo per insidias Engelberto, maritimarum tandem civitatum intercessione sic conventum: Ut Ericus regni Sueviae gubernacula quidem teneret, sed Sue-

cos arcibus proficeret, non Danos: regium censum praesens totum acciperet, abens dimidium: veterem oppidis & villis libertatem, mercatoribus privilegia servaret. Subinde tamen tales in regno difficultates emersere, dum Dani quoque exemplum Suecorum imitarentur, ut Rex collectis rebus, in Prussia enavigans, in terram suam abierit. Revocatus, cum non pareret, sed unum ex fratribus aut nepotibus regem sufficere cuperet, omnibus se regni negotiis abdicans, in Pomerania consenuit. *Cranz. lib. 5. Svecia cap. 37.*
 Florentinis magni ad Pisas facilius adipiscendas momenti fuit, factus ab illis cum Galliae acque Hispaniae regibus anno 1509. Itum: quo, si intra annum proximum Pisas recuperassent, singulis quinquaginta aureorum nummum millia certis temporibus numerate tenebantur. His publicè constitutis, Hispano rege Ferdinando incio, nova capita, quibus se Galliae regi Ludovico XII. iisdem temporibus, illdemque legibus, alia quinquaginta aureorum nummum millia daturis promiserunt, addere necesse fuit: praetera duorum regum ministris aureorum nummum quinque & viginti millia promittere. Quae pacta, etsi cum gravissimo Florentinorum sumptu essent, majorem nihilominus apud omnes mortales illis regibus infamiae notam iniecerunt: quorum alter pecunia gratia cum civitate, quam sepius in fide sua esse dixerat, & cuius (ut postea cognitum fuit) sponte dedita magnus consilivus ejus nomine imperium acceperat, deserendam statuit: alter eorum, quae sepius Florentinis promiserat, immemor, vel justam Pisanorum libertatem turpi pretio vendidit, vel Florentinos, ut propriarum rerum justè recuperandarum facultatem ab se emerent, coegit. Tantum hodie passim plus auris vi, quam honesti ratio potest. *Guicciardinus lib. 8. Hist.*
 POLITICI, PRAEFECTI AVARI.
 Quarenda pecunia oppido fuisse inventum Themistoclem ob munificentiam, affirmant. Cum enim assidue immolaret, atque in excipiendis esset splendidus hospitibus magna facultate pecuniae cum opus habuisset. Critias affirmat, eum, antequam ad rempublicam accederet, trium solium talentorum hereditate paterna rem habuisse. *G. verò cum temp. gessisset, & tandem in exilium pulsus esset, dum bona publicaverit, inventas fuisse centum talentorum facultates, quas congererat. Alian. lib. 10. de varia hist. & Plur. in ejus vita.*
 Cleon, antequam temp. capesseret, non habuit dignam libero homine substantiam: post verò quinquaginta talentorum rem reliquit. *Aristoph. in Equitib. de eo inquit: Αδελφον ημεσων δει πριος δινυροπον.* ob rapacitatem Loran vocat, quòd quemadmodum ea avis in copulis obversatur, si quid piscium possit venari; ita ille versaretur in Republicae negotiis administrandis, suum interitum agens negotium. *Item.*
 Τα χερσιν ο Αιτωλός, ο τος δ' ο Κρατισθόν.
 In Aetolis manum habere, mentem in Clodidis, inquit, qui nil suavius opinaretur, quam accipere. Joci gratia ex verbis Graecis notione confutit: nam *αίτιν*, petere significat: Clodidae autem in Leontide tribu censebantur. Ar bicallusit ad *καταλοι*, id est, ad futrum. *Cælius lib. 10. cap. 21. Ant. L.* In eadem comedia jocular in eundem, quòd nullam aliam musicam dicere poterit, quam Doricam; alludens ad H notissimas harmoniarum species, Doricam, Lydiam, Phrygiam & Boeotiam. Ludit autem verbo perperam depravato, *δωροδοκίας*, pro *δωρο*, *Ερο*, inquit, si *δωροδοκίας* *μαδών*, *λοι* *ω* *δωροδοκίας*, id est: Ille dicere haud potest praeterquam *δωροδοκίας*. Est autem Graecis *δωροδοκίας*, muneribus corrumpi, ut in gratiam alicujus dicas sententiam: id quod Pythagoras appellat, *καυσις εδωθεν*, id est, Fabas edere. Nam antiquitus fabis suffragia ferebantur. Itaque *συβολισμός*, fabas edebant, qui questum ex ea facerent. *Erasm. in Adagis. Apud Athenienses legitimus, Etholicum fuisse, rapere.*
 Agefilaus Spartanorum Rex, biennio in Asia res maximas contra Persas designaverat. Domum revocatus, quia nummi Persici sagittario erant signati, deportans exercitum: Mille sagittarios, ait, Asia ab rege summovevi. Tot enim delatis Athenas & Thebas, divisisque inter Concionatores, populilli ad movendum Spartiatis bellum incensi fuerant. *Plur.*
 Questus gratia ad tempub. accedentes Stratoles & Dro-

A Dromoclesides, ad auream messem (ita joco nuncupabant suggestum) se mutuo hortabantur. *Plur. in praec. Pol.*
 Thralybulus Lacedaemoniorum legatis responsum, qui sedulos petebant, largitione corruptus, se ex *αδελφον*, id est, fratre suum pyrorum esse, in tavim incidisse simulans, tacuit. *Suidas.*
C. Verres perfunctus quaestura & praetura urbana, successit in Sicilia praetor C. Sacerdotibus, multum auri argentique coarctavit. Inde decedens tandem succedente Metello, repetundarum reus à Sicilia postulat est. *Pedian. De eo sic Cicero Divinatione in Verrem:* Veris quaestura, quae fuit primus honoris gradus, quid aliud habet in se, nisi Cn. Carbonem spoliatum à quaestore suo pecunia publica: nudatum & proditum Consulè: desertum exercitum, relictam provinciam, sortis necessitudinem, religionemque violatam: Cuius legato exitum fuit Asia totius, & Pamphiliae: quibus in provinciis multas domos, plurimas urbes, omnia fana depeculavit, cum in Cnejum Dolabellam scelus suum illud primum renovavit, instauravit quaestorium: cum eum, cui legatus, & pro quaestore fuisset, & in invidiam suis maleficiis adduxit, & in ipsi periculis non solum defuerit, sed etiam oppugnavit, ac prodidit. Cuius praetura urbana aedium sacrarum fuit publicorumque operum depopulationi, simul in iure dicendo bonorum possessionumque contra omnium instituta addictio & donatio. Item: Verre praetore Siciliae neque suas leges neque Romani Senatus consulta, neque communia iura tulerunt: tantum quicquid habet in Sicilia, quantum hominis avarissimi & libidiniosissimi aut imprudentiam subterfugit, aut societati superavit: nulla res per triennium, nisi ad nutum istius, judicata est: nulla res cuiquam tam patria aequa avita fuit, quae non ab eo, imperio istius, abjudicaretur: innumera biles pecuniae ex aratorum bonis novo nefarioque instituto coactae: socii fidelissimi in hostium numero exilimati: civives Romani servilem in modum cruciati, & necati: homines nocentissimi propter pecuniam iudicio liberati, honestissimi atque integerrimi abentes rei facti, indicta causa damnati, & ejecti: portus munificentissimi, maximè tutissimaeque urbes, peritis praedonibusque patefactae: nautae militaeque Siculorum, locii nocturni amici, fame necati: Cives optima atque opportunissima cum magna ignorantia Pop. Rom. amittit & perdit. *Idem Orat. 2. C. Verres in Sicilia multis auditibus saepe dixit, se habere hominem potentem, cuius fiducia provinciam spoliaret: neque sibi soli pecuniam quaerere, sed ita triennium illud praeturae Siciliensis distributum habere, ut secum praclare agi diceret, si unius anni questum in rem suam converteret, alterum patrimonii, & defensoribus suis traderet, tertium illum uberium quaevisissimumque annum totum iudicibus referret.*
 Barro, qui Dalmatis saepenumero defectionis auctor fuerat, & Romanis magna damna attulerat, cum à Tiberio interrogaretur, cur ei defecere, tamque diu contra Romanos bellare visum sit? Vos, inquit, causam dedistis, qui ad greges vestros custodiendos non mittitis canes aut pastores, sed lupos. *Dion. in Augusto.*
 Praefectus Romae à D. Laurentio Diacono Ecclesiae thesauros exigebat, amara ironia, apud Prudentium:
 Depreme thesauros, malis
 Snaudento quos praestigis
 Exaggeratos obrines,
 Nigrante quos claudis pecunia
 Hoc possit usus publicus,
 Hoc fiscus, hoc ararium,
 Et dedita stipendia
 Dices juvet pecunia.
 Sic dogma vestrum est audio,
 Summ quibusque reddito.
 En Caesar agnoscat suum
 Numisma munimur inditum.
 Quod Caesaris fides, Caesaris
 Da: nempe iustum postulo.
 Ni fallor, haud nullam tuus
 Signat Deus pecuniam.
 Nec cum veniret, aureos
 Secum Philippo detulit,
 Praecepta sed verbis deat
 Inanis à marisupio.
 Implete dictorum fidem,
 Quae vos per orbem venditis,
 L. B. Theat. vit. Human. Tom. I.

*Nimmos libenter reddite,
 Estote verbis divites.
 Claudianus avaritiam Rufini Orientis praefecti, sub
 Arcadio Imp. his inaccessis verbis:
 Plenus servitia, lucrique cupidine form
 Non t'arteficiac illum fatiare arenis
 Tempestas pretiosa T'agi, non stagna rubentis
 Aurea Paetoli: totumque exhaustis Herminum,
 Arebit major firi*
 Aruandus praefecturam primam in Gallia gesserat cum magna popularitate, secundam verò cum maxima populatione. Onere inde alieni aeris oppressus, meru creditorum successuros sibi optimates amulabatur, omnium colloquia deridebat, consilia explorabat, officia condemnabat, donec odio publico flagrans, & prius cinctus custodia, quam potestate discinctus, capi ab Imperatore, & Romam duci effectus. Eum Armenorum primores publico nomine accusaverunt sequuntur. Hi inter cetera, quae sibi provinciales agenda mandaverunt, interceptam epistolam deserebant, quam Aruandi scriba capus dominum dictasse prohibebatur. Haec ad regem Gothorum epistola mittebatur, pacem cum Leone Imperatore disuadens, Britannos super Ligurim sitos oppugnari oportere demonstrans, cum Burgundionibus iure gentium Gallias dividi debere confirmans, & ad hunc ferme modum plurima insana complexens, quae iram regi feroci, mitti pudorem accenderunt. Hanc epistolam ad laeie majestatis crimen pertinere iuriconsulti dixerunt. Quam cum Aruandus ultro se dictasse, imminentes periculi ignatus, affereret, statim à iudicibus atque ab accusatoribus acclamatur, reum cum laeie majestatis teneri. Quo consensu perspecto, Aruandus exanimatus expalluit, sed in relligens, posse reum majestatis etiam pronuntiari eum qui non affectatè habitum purpuratorum. Subito iure igitur geminae praefecturae, quam per quinquennium repetitus facibus gesserat, spoliatus, & plebeiae familiae redditus, publico carceri adjudicatus est. Inde iudicio comprehendato capite multatus, in insulam est coniectus, ubi usque ad inimicorum dolorem deformatus, ex Senatusconsulto Tiberiano triginta dierum vitam post sententiam traxit, unicum, & gemonias, & laqueum carnificis in horas expectans. Haec *Sidon. & Cassiod. an. 469. Sigon. lib. 24. Imp. occid.*
 Sub Michaelè Paphlagonè Imp. Nicopolis à Roman. ad Bulgaros delcivit, ob intolerabilem avaritiam Joannis Czozomytae Byzantini, quem missum ad exigendum tributum, cum iniquius tractaret incolas, in frustra conciderunt. *Cedren.*
 Praetor Etruriae Theodahatus, Amalafreda olim reginae filius, homo literis egregie eruditus, atque in primis discipulus Platonice studiosus: verum plus, quam ferre Tufcorum animi possent, avarus, ac congerendè spoliandis populis pecuniae cupidus. Hic cum se odio flagrate apud Etrucos atque Amalaventam Athalarici Gothorum regis matrem eo nomine intelligeret, cupiditate prodenda Iustiano Tusciae, atque Italiae relinquenda accensus est, eo animo, ut, cum ingentem vim pecuniae recepisset, & consulari dignitatem adeptus esset, reliquum etatis Constantianopoli degeret. Interea Etrusci ipsum deteptundis apud Amalaventam postularunt, atque ab ea exereci quaestione ejuismodi poposcerunt. Amalaventam hominem coram adesse iussit, ac iudicio constituto convictum accusatoribus condemnavit, ac sua cuique ablata restituere compulit. Quem tamen post ad regnum evexit, magno sicut cum incommodo. *Sig. lib. 17. Imp. occid.*
 JUDICES AVARI, MUNERIBUS CORRUPTI.
 De Ophni & Phine filis Samuelis dicitur: Declinaverunt post avaritiam, acceperunt munera. Et statim sequitur: Perverterunt iudicium. *1. Reg. 8.*
 Aristoteles in Atheniensem Repub. citante *Strida*, tradit Callicratem quandam è iudicum ordine fuisse, qui iudicarias exactioes super modum auxerit: atque hinc nam patremiam de immodicis exactioibus, *απ τὰ Καλλικράτους. Erasim.*
 P. Clodius, ut incesti crimine in Bonae deae sacris commisit nocens reus absolvetur, noctes matronarum & adolescentium nobilium magna summa emptas, mercedis loco, iudicibus erogavit. *Val. lib. 9. cap. 1.*
 Statenus senator, cum iudex esset, in eodem iudicio ab reo pecuniam accepit, quam iudicibus divisit, & ab accusatore, ut reum damnaret. *Cicero lib. 2. in Verrem.*
 X x 3 Felix

A Felix Judae praefes, cum Paulum in vinculis captivum haberet, magnum aliquid munus ab eo sperans, frequenter ad se vocabat. Verum cum pecunia nulla offerretur, Festo successori suo vinculum reliquit. *Act. 24.*

Agonis quaedam Lilybetana, libera Veneris Erycinæ, ante Cæcilium quaestorem copiosa planè & locuples fuit. Ab hac praefectus Antonii quidam symphoniacos servos abducebat per injuriam, quibus se in classe uti velle dicebat. Tum illa, ut mos in Sicilia est omnium Venereorum, & eorum qui à venere se liberaverunt, ut illi regionem Veneris nomenque objiceret, dixit, & se & omnia sua Veneris esse. Ubi hoc quaestori Cæcilio nunciatum est, vocari ad se Agonidem jubet, judicium dat statim, si pateret eam, se & sua Veneris esse dixisse. Judicant Recuperatores id, quod necesse erat: neque enim erat cuiquam dubium, quin illa dixisset. Ite in possessionem bonorum mulieris militis, ipsam Veneri in servitutem adjudicabat: deinde bona vendit, pecuniam redigit. Ita dum pauca mancipia Veneris nomine Agonis ac religione retinere vult, fortunas omnes libertatemque suam quaestoris injuria perdidit. Lilybeum C. Verres praetor venit postea, rem cognoscit, factum improbat, cogit quaestorem suum pecuniam, quam ex Agonidis bonis redegisset, eam mulieri omnem adnumerare & reddere. Sed repente ex homine tanquam circæ aliquo poculo factus Verres, ex illa pecunia magnam partem ad se vertit, mulieri reddidit quantumulum vigam est. *Cicero de divinatione in Verrem.*

DUCES BELLI AVARI.

Plistonax rex Spartanorum, à Pericle Atheniensium duce muneribus corruptus exercitum reduxit. Leotychides rex Spartanorum in locum Demarati substitutus, in Theffalia contra Alevadas profectus, facile totam Theffaliam armis subigere potuisset, cum semper ei preliis omnibus vincere contigisset. Sed quod ab Alevadis fuisse pecunia corruptus, de majestate postulatus, Tegeam ad aram Alevæ Minervæ supplices confugit. *Pausanias in Laconicis.*

Archidamus Agesilaii F. Lacedaemoniorum rex, Phocenibus, qui Delphicum templum spoliarant, auxilia tulit contra Thebanos, corruptus pecunia sacra à Phocenium primoribus tum ipse, tum uxor ejus Deniclia. Illud tamen in eisdem dignum, quod cum Phocenses omnem Delphorum militarem aetatem trucidare, liberos & uxores in servitutem rapere, ipsam denique urbem funditus evertere in animo haberent, unus tam insignem cladem deprecatu est. *Pausanias in Laconicis.*

C. Fabricius P. Cornelium, hominem (ut putabatur) avarum & furacem, sed egregie fortem ac bonum imperatorem, suo iustitiae fecerat consulem. Huic quum Cornelius ex more gratias ageret, quod immemot simulatis, ipsum fecisset consulem; bello praefertim magno & gravi: Nihil est, inquit, quod mihi gratias agas, si malis compitari, quam venire. Compilamur furto, vaneunt bello capti. Proinde inimico favit, cujus dexteritate sperabat fore, ne Romani venirent in manus hostium. *Erasmus lib. 6. apoph.*

A. Posthumus Albinus, missus ad inferendum Jugurthæ bellum, pecunia corruptus destitit. *Liv. lib. 65.*

M. Crassus Parthis inhians opibus, exercitu instructissimo adversus eos movens, quum per Galatiam duceret, Dejotarium regem extrema jam senectute confectum, novam adificare urbem comperit. Quod quum mirari satis nequidiret, se comate in illum ita luit: Quid hoc, inquit, rei est, duodecima jam tibi tantum non instat hora, & novam nihilominus urbem adificare pergis? Ad ea subridens Dejotarius: Nec tu, inquit, imperator satis matutinus, ut res habet, in Parthos moves; annum liquidem sexagesimum tunc agebat Crassus, grandior tamen præ se aetatem ferebat. Postquam cum filio & toto exercitu miserè interit, Parthi auro in os Crassi demortui filio, hominem intruserunt, dicentes: Bibe fortiter, bibe autem, quod fistilli. *Plut. in Crasso.*

Præfennius militaris disciplinae peritissimus, avaritiae vitio fuit execrabilis: in quo, sicuti refert *Herodianus*, fuit in exhausta divitiarum fitis: nihilque pendens quæ acquiescat, novis semper luctibus inhiabat. Caracallus (inquit Eutropius) cum apud Bononiam Gallicam per tractum Belgicæ & Armorici pacandum mare accepisset, quod Franci & Saxones infestabant, multis barbaris sæpè captis, nec præda integra aut provincialibus reddita, aut Imperatoribus missa, cum suspicio esse cepisset, consulatò ab eo admitti barbaros, ut transeuntes cum præda exci-

peret, atque hac occasione se ditaret, à Maximiano justissimè occidi, purpuram fumpfit. *Orosius, & Beda.*

Quum Visigothi Valentis Imp. permisso in Thraciam Mesiamque transfugerent, cepit novis cultoribus, qui necdum terram subegissent, rerum inopia succrescere. Duces autem limitanei, Lupicinus atque Maximus, quos regi Valens praefecerat, occasione avaritiae exercendæ nacti, Gothos primò aere, deinde mancipiis nudarunt, ita ut etiam de distrahendis liberis agere inciperent. Duces Visigothorum, Frigirgetus, Alatheus atque Saphra, de indignitate frustra questi sunt. In convivio orta rixa, Romani duces ad unum omnes necati fuerunt. Quam injuriam dum bello persequitur Valens, faucibus in rustica casa à Gothis subiecto igne exustus fuit. *Cranz. lib. 2. Suecia, cap. 27. & Bonfin. lib. 2. Dec. 1.*

Totila Romam obsidente, cum ad extremam famem Romani redacti essent, praefecti tamen duo, Bessa & Conon frumentum maximum numerum, fraudatis sua necessitate militibus, in urbe positum, maximo pretio vendebant. Medimnus septem auris stetit, bos quinquaginta. Interea cum Belisarius subsidio adveniret, nunciata ad Bessam, ut postredie educis copiis, castra turbare hostium, misit. Quod ille exequutus non est, utilior sibi videns esse obsidionem, cum adhuc aliquid frumenti haberet, quod venatoribus venderet. Interea cum Belisarius, ponte Gothorum rescisso, viam in urbem praefecisset, Isaac tamen temeritate victoriam è manibus amisisset: Bessa frumentum impensius, perierunt egentium necessitate augente, vendebat, & murorum custodias negligebat: itaque, nemine muros obeundum custodias invivente, Gothi manibus liberius insultabant. Hac negligentia invitati quaterni custodes Isaaci, stationes ad portam Asinariam nacti, nocte concubia è pinibus ad terram rectè se demiserunt, & Totilam ad euntes, intra urbem ipsius exercitum receperunt. Magna in ædibus nobilium præda est inventa; sed quam Bessa fugiens reliquit, magnitudine reliquam antecessit, ut quiescentium illud frumentum dividendi pretium in Totilæ commoda cumalasset. *Sigon. lib. 19. Imp. occid.*

Liscanus, Hispanus dux, cum gravi obsidione Solymanus Strigonium urgeret, auro suo metuens, dedicationis matrandæ auctor fuit. Ad opinionem suam frustratus, ab Haly Turcorum duce de omnibus bonis spoliatus fuit. *Sabellicus supplementum. lib. 26. ex Iovio.*

MILITES AVARI.

Consule Tit. Avaris in præda exigenda, partienda, item, Seditionem castrorum ob non soluta stipendia prædicenter commovere.

Post bellum contra Gorgiam commissum, venit Judas Machabæus cum suis, ut castrorum corpora sepeliret. Invenit autem cum fuitis interfectorum Judæorum denarios idolorum, à quibus lex abstinere prohibet Judæos. Ob hanc causam creduntur, eos petiisse. *2. Mach. 12.*

Cares populi, mercede cæperunt militare, ac proinde ut viliores passim infamati sunt. Hinc adagium, Homunculus ex Caria.

Spartani, corrupto muneribus rege Aristocrate bello contra Messenios, læsa fide jurjurandi, primi martiam virtutem venalem fecerunt. *Alex. lib. 5. cap. 10.*

Hipparchus Thrac miles, occupatis Thebis ab Alexandro, Timocleam Thebanam vitaverat. Ab illa, amorem simulante, deductus in hortum, in quo puteus erat, perhysalofque in eo multum auri argenteique lateræ, cum descendisset thesaurum quaesiturus, ab illa desuper cum famulis multos lapides & saxa in eum devolvendi, obrutus fuit. *Polyen. lib. 8.*

Cato senior in militia quinque famulos habebat, quorum unus tria captiva corpora emit. Quod ubi sensit rescisse Catonem, prisquam in ejus conspectum veniret, seipsum laqueo prælocavit. Adeo quæstum oderat in milite, adeo veniam desperabat, qui peccaverat. *Plut. in Rom. Apoph.*

M. Antonius ex Parthis reducebat exercitum. Cum ferè ad annem venissent Ataxem Romanis, nihil negotii facientibus hostibus, noctem sibi met ipsi omnium illam effecerunt laboriosissimam, & terribilissimam. Nam eos, qui aurum vel argentum habebant, interfeciebant spoliantes; & pecuniam, que jumentis portabatur, diripiebant. Postremò impedita Antonii adorti, patetas & menfas pretiosas dicebant, particabanturque. Ingenti tumultu & terrore universum occupato exercitū (incursum enim hostili fugâ fieri & divisionem ordinum arbitrabantur) accitum Antonius unum ex libertis suis,

A suis, qui eum stipabant, Romanum nomine, adegit jurjurando, ut ubi præcepisset, confoderet se gladio, caputque deturcicaret, ne veniret vivus in hostium potestatem, neque cognosceretur mortuus. Effusus in lacrymas amicus ejus, allevavit Mardus itineris dux Antonium, propè esse docens fluvium: quippe aura inde emanans liquidior, atque gelidior ære affans, latiore redderet spirationem. Simul alii turbam nunciarunt ex propria injuria & avaritia militum natam. Itaque ut componeret agmen confusum & divisum, signum dari castris metandis impetavit. *Plut. in Antonio.*

Cum quidam Judæi jussu Judæ Machabæi obsiderent duas turres, in quibus erant inimici gentiles: accepta pecunia, quosdam effugere permiserunt. Eos Machabæus tanquam proditores interfecit. *2. Machab. 10.*

In obsidione Hierosolymitana sub Tiro Vespasiano, cum Judæorum transfugurum unus ex feroce suo aurum devotatum seligeret: Syri milites una nocte Judæorum bis mille ventres auri fame diceverunt. Idem fecere Romani milites. *Ioseph. lib. 6. cap. 15. belli Judaici.*

B Augustus Cæsar exercitum Prætorianorum Romæ constituit, qui ad principis custodiam excubaret, paratus etiam Italæ subitis castris. Nullum principis illius institutum æque infeliciter cecidit Reip. His cohortibus (erant enim triginta) insectu deinceps principes turpissimè servierunt, & hi milites maximum in impetio motuum ac malorum origo atque auctores fuerunt; nec imperii custodes, sed prædones se ac dilaceratores praestiterunt, ut non immeritò Plutarchus dicat, mutaciones illas Cæsarum post Neronis mortem brevi tempore tan crebras (sequiquo enim quatuor fuerunt principes) non tam imperantibus cupiditati principali assignandas esse, quam luxum & cupiditatibus militariis. Nullum regnum per orbem, nulla dominatio, tyrannus paucorum, multorum potestas, æquè fuit instabilis, ut Romana monarchia, occisis eodem anno, eodem mensis Cæsaribus, ab ipsis eisdem militibus, qui elegerant, etiam proposito venali impetio, tanquam veste vel anulo in auctione, adducti pluris licenti. Quid? quod Principes cogebant seve ac impotenter habere suos populos, & omnia juris & legum cura, milititer in castris insitante, quod se militibus approbarent, gratique illis ob vitæ similitudinem, aliqui non habituri impetium diuturnum. *Ludov. Vives de Concordia & Discordia lib. 3.*

Prætoriani caput Junii, cum Galba Imp. interfecit, filia ejus vendiderunt decem milibus nummum. *Plut. in Galba.*

Idem interfecto à se Pertinace Rom. Imp. Sulpitiano & Juliano imperium vendiderunt. *Dion. Xiphil. Herod.*

Joan. Boemorum rex, Henric. Carinthium tyrannum expellere volens, Pragam obsidebat; sed ab oppugnatione abhorrebat, sanguini suorum parens. Interea lixa quidam Fridr. Marchionis Mûnensis, qui Henrico militabat, grandem argenti massam in latrina reperit. Ea re in vulgus edita, certatim à Mûnensibus ad scrutanda fordida ejusmodi loca per domos locupletum concurrunt. Hac tam indigna direptio, causam spoliatis civibus præbuit, ut civitatem sponte proderent. Signum inveniendi per portam, quæ in longam urbis ducit plateam, hoc datum, ut ad tertium pulsuum tintinnabili majoris, quando ad eadem divæ Virginis in Læta curia illud paretur. Joannes cum armatis præstito esset, inventurus portam illam duculo statim patefactam. Primus Henricus à Lyppa ingressus, agmina antecesserat, pacatum Joannis introitum fide interposita sua civibus pollicens. Multi exemplo arma proferre: nonnulli illa pro Joanne contra Henricum retinuerunt, si is de arce sancti Viti, in quam cum Marchione confugerat, nolisset cedere. *Dubrav. lib. 19.*

De bello, quod Teutonici fratres circa ann. 1465. contra Botulos, qui se Cahimiro regi Polonorum dederant, gessere, in stipendiarios Suevos, Bavaros, Francos, omnes suos thesauros expoluere. Tandem ipsam artem primariam ordinis Mariaburgum, quæ robore & pulchritudine parem in multis provinciis creditur non habere, sedem magni Magistri, hypothecam pro stipendiis dare sunt coacti, manantibus per ora lacrymis. Aliquando eam servare ordini, si forte solvendæ pecunie viam invenirent. Ubi omnis expectatio vana fuit, hosti eam obtulere redimendam. Rex, quum esset æris cumulatam summam maxima ad quadraginta triginta milia Ungaricorum aureorum, remisit illos ad Prusie urbes. Cives Gedanenses rati, si nem esse bello, si primariam artem hostium occuparent, pacti sunt cum militibus, *L. B. Theatr. vit. Homar. Tom. I.*

ut in tribus terminis ea pecunia solveretur; sed ea conditione, ut nisi secundus & tertius terminus in suo pacto servarentur, amissis quæ prius dedissent, irrita pacta essent. Tum verò in urbibus, præcipue Gedado, corrafa est pecunia. Tertiam unam in primo termino persolverunt. Ad secundam accipere mutuum pecuniam pignoribus datis. Jam penè consumpta spe omni ulterioris pecuniae, quam tertius propinquaret terminus, & amissio priorum timeretur: à singulis civibus, datis cuique publicis literis, vix summa difficultate æs collectum. Tam erat propinquus terminus, ut jam sperarent milites se priorem lucraturus pecuniam. Sed ea numerata, arx, regis imposito praesidio, ordini crepta fuit: stipendiarii, qui pecuniam accipere, in patriam reversi, pro infamibus & sceleratis sunt habiti. Multos ex his malo ferunt exitu perisse. *Cranz. lib. 12. Vand. cap. 20.*

Occulto quodam Dei judicio videtur evenisse, ut quod ab Hispanis, in privatum tantummodo luxum & utilitatem, ex Indiarum regionum spoliis, partim justè congestum erat: ad omnes plerumque potius, quam aut ad ipsos dominos, aut ad primos saltem eorum hæredes, transmitteretur, vel naufragio periret, vel in piratarum manus inciderit. *Jo. Metellus, & Petrus Cieza.*

In pugna Tarenti Litelorum contra Carolum IX. Gallorum regem ex regno Neapolitano revertentem, cum Graeci equites, qui Veneta merebant stipendia, ad impedita Gallorum invadenda emissi, ea citra negotium diripere cepissent, & alii mulos, alii equos agminales, atque, ut fieri solet, trans flumen Tarrum abducerent, non modo altera Græcorum pars, cui Gallos à latere invadere injunctum erat, sed & qui in ipsum certamen erant ingressi, suos commilitones præda onustos in sua castra redire conspiciat, præde cupiditate incitati, ad impeditamenta diripienda & ipsi sunt conversi. Quorum exemplo equites peredique eadem de causa è pugna turmatim discedebant. Ex quo Italus non solum suo subsidio destitutus, verum etiam per scadam confusionem decertantium dimittitur, Galli Franciscum Gonzagam Venetorum Imp. qui solus cum suis restitebat, in fugam conjecere, hostesque ad passum usque nocturnis auctum imbribus, magno furore assium sterneret, captivum nullum facientes, prædam lucrumve fusque deque habentes, sunt insecti, illud modo crebro inclamantes: Redeat vobis in mentem, commilitones, Guineguastium. Est autem Guineguastium in Morinis, in quo hodie regio Picardia vocatur, propè Tervannam locus, ubi postremis Ludov. XI. annis, copiae in pugna cum Maximiliano I. rege Rom. commissa, jam propemodum victrices, prædandi studio perturbata, iustæ fugate sunt. *Guicciard. lib. 2. Ea res omnium consensu Gallis saltem peperit. Jovius lib. 2. Hist.*

Cæso ab Helvetiis ad Nancejum Carolo Burgund. Ludovicus XI. Francorum rex Burgundiam subiens, eo bello Helveticorum mercenariis auxiliis consensu stipendia usus, sex illorum milia perpetuo stipendia stipendia usus, sex illorum milia perpetuo stipendia alere cepit. Victoria itaque de Burgundo memorabilis Helvetia perpetuò funesta eorum non destitit Gallos fortissimos viros muneribus sollicitate, quod operam suam ei locare, & sub fœderis prætextu animas suas auro vendere sensim assueverunt. *Æmil. lib. 10. Cæterum in iisdem audiamus Guicciard. lib. 10. Helveticorum, inquit, nomen concordia & armorum gloria illustratum, quibus à natura infusa ferocitate, & militari in servandis ordinibus disciplina, non modo suam regionem fortiter defenderunt, verum etiam militiam extra suos fines summa cum laude exercuerunt. Quæ proculdubio longè major extitisset, si proprii imperii causa, non autem stipendia, atque ad aliena imperia propaganda eam exercuissent, & si generoso animo præstantiores fines, quam pecunie studium, sibi proposuissent, cujus amore enervati, occasione, qua toti Italæ potuissent esse formidabiles, amiserunt. Cum enim nunquam nisi velut mercenarii milites fines suos egrediantur, nullum publicum ex victoriis fructum retulerunt: licet cupiditate in bello immoderatis multibus imponendis, atque ex aliis petendo, penè intolerabiles facti; præterea in commerciis, & eorum, quorum stipendiis militant, imperiis exequendis, admodum morosi, & contumaces.*

Idem conducti à Car. IX. rege Francorum ad Novariam, cum sibi trimestre stipendium, ex more jam inde à Ludovico XL usurpato, licet nec promissum, nec promeritum, *Xx 4*

A perfolvi vellent, nec Gallus pecunia exhaustus assentiretur: de rege ipso deque aula precipuis retinendis agebant. E quo periculo tamen repentinum discessu rex evasisset, tamen cum illi Eugebertum Divionis praefectum, alioque, a quibus conducti fuerant, captivos retinissent, ut eis obsidibus datis & promissis, de eo quod petebat cavere, obtinere. Guicciardi. lib. 2.

Anno 1552. Segedinum Ungariae obsidentes Christiani, Bassam Budensem magna strage affecerant. Ungari ab hoste persequendo ad praedam conversi, Aldanae Hispani Polemarchi incuria, occasionem Turcis dedere sese recolligendi. Qui facta impressione, Ungaros insperata victoria ad unum ceciderunt. Hispani evasere. Afcianus Centorius lib. 4. Bellor. Transylvan.

Expugnata direptaque à Caroli V. exercitu anno 1527. Roma, Germani milites in auto ab obsidibus extorquendo inhumaniter avari fuerunt. Horum enim manibus ferreas catenas statim iniecerunt, vinculaque in Pompejana domo custodierunt. Postmodum supplicii metu injecto, in Florae campum ad furcas catenatos latronum more traxerunt, bifque lententis de eorum supplicio in corona militum gravi & infesto concionis fremitu disputare. Iov. in Pompejo Columna.

¶ Vide ante Certamina avari, §. Ob captivos, nonnulla.

LEGATI AVARI. Spartanus quidam missus legatus ad Dionysium tyrannum, oblati ab illo sibi stolis duabus, cum jubere ille, utra placuisset, eam ut acciperet, & ad filiam suam deportaret: illam, ait, ipsam potius electuram, abstulique ambas. Plur. in Lyfandro. Idem in Apophtheg. hoc ipsum Lyfandro tribuit.

Aristodemus, ut Demosthenes scribit, legatus ad Philip-pum profectus est cum Demosthene ipso & Alcibine. Aristodemum cum rogasset Demosthenes, Quid mercedis accepisset, ut ageret: illeque Talentum respondit: At ego, inquit Demosthenes, plus accepi, ut tacerem. Auctor Critolaus. L. 2. Augusi. de Civit. Dei, cap. 10.

Gualo Cardinalis, Joannis Anglorum regis pecunia delinitus, Innocentio III. persuasit, ut Joannis causam, à proceribus tam factis, quam profanis ob exactiones deserti, & C. à Ludovico Franco & Alexandro II. Scoto bello periti, susciperet: praesertim cum Innocentius Anglorum regi ob pensionem, quam in septenno recipiebat annos, admodum faveret, & quadantenus se dominum Angliae profiteretur. Romae habito concilio, Innocentius universos Joannis regis Anglorum licet defuncti hostes excommunicati per Gualonem Cardinalem in Angliam legatum mandavit: imprimis Ludovicum Delphinum Franciae, & Alexandrum Scotiae regem, omnesque eorum comites & alicelas: inde Barones ac Episcopos omnes, qui Joannis voluntati adversati Ludovico sese junxerant, insimulans eos invasionis bonorum Ecclesiae Romanae, quod Anglia Pontifici maximo obnoxia, ac quadantenus subdita esset. Nec prius Gualo Angliae proceres ac praesules, qui Ludovici partes secuti erant in gratiam recepit, quam ingentem numerum pecuniae summam. H. Boethius lib. 12.

Emanueli Lusitanorum regi (quamvis praedecessores suos opibus longissimo intervallo superaret) Leo X. PP. concessit ann. 1513. ut tertiae atque decimae partes vectigalium, quae aliendis sacerdotibus & sacris usibus destinatae sunt, in belli, & quod in Mauritania gerebat, sumptus illi tribuerentur: ut bona pars Ecclesiarum (sic enim trito sermone templorum bona nominare solemus) cum monachorum etiam quorundam vectigalibus, in usus eorum, qui in Christianae militiae ordinem cooptantur, converteretur, & diplomata publicata, quibus illi, qui vellent bellum Africanum pecunia juvare, caelestia beneficia concederentur. At vero legatorum opera, qui sacra pecuniae lucris inhiabant, adjectum fuit, ut illa vectigalia non modo pro Christi religione militantium, sed quacumque alia ratione bene meritis à rege donari possent. Hoc introitu ad hominum cupiditatem patefacto, factum est, ut vectigalia facta multis in locis hominibus lautissimis, qui non solum nunquam hostium vultum aspexerunt, sed illata Africanis belli mentione contremiscunt, donarentur. Itaque post illius muneri concessionem, nec Africae bellum eadem felicitate gestum fuit, & nobilitas majore inopia conficiat, & pluribus querelis uti cepit, & Regis avaritiam, quod plures vectigalium accessiones sunt, eo sumptibus minus necessariis, & casibus interdum accubus exhaustis. Oforius lib. 9.

PICTORES AVARI.

Zeuxis Heraclotes, cum pinxisset Helenam, magnum ex eo opere questum fecit. Non enim gratis, neque quemvis obvium impudenter ad id contemplandum admittit: sed primum oportebat certam pecuniam summam numerare, deinde potestas videndi permittebatur. Unde Graeci, qui eo tempore vivebant, Helenam scortum vocabant, quod forma quaestum faceret. Alian. lib. 4. de Var. hist.

Pamphilus pictor neminem docuit minoris talento annis decem. Quam mercedem Apelles & Melanthius ei dederunt. Plin. lib. 35. cap. 10.

ARGENTARI AVARI.

Paulo apud Ephesum multa miracula faciente, Demetrius quidam argentarius, faciens aedes argenteas Dianae, praestabat artificibus non modicum questum. Quos convocans dixit, quod Paulus avertebat populum à cultu deorum. Et ita turbavit civitatem, quod impleta est confusione, & impetum fecerunt uno animo in theatrum, rapto Cajo & Aristarcho, comitibus Pauli. Act. 19.

NAVIAE, PORTITORES.

Joan. Capitranus Franciscanus, & Jacobus Piceus, ab Nicolao Pont. Rom. ut Germanos, Polonos & Hungaros ad expeditionem contra Turcas suscipiendam hortarentur, missi, cum Padum trajicere vellent, & à Portitoribus pertinacissime repellerentur, quia è suo praescripto pecunia carerent, quam pro navio darent; in diffusum super undas pallium cum comitibus confedere, & veluti quadam naufragii tabula, in ripam alteram, non sine avari supore portitoris, divina opae translati sunt. Bonfin. lib. 8. Det. 3.

MERCATORES.

¶ Vide Tit. Mercatoribus fordidis questum facere. Sectores dicti sunt, inquit Afcianus, qui spei lucri fiti secuti, bona condemnatorum semel audiverant, proque suis pecunias pensitabant singulis: ac postea pro compendio suo singulas quasque res pecunia populo venditabant.

JUVENES.

Lacedaemonius quidam adolescens, cum vilissimo pretio fundum emisset, ad magistratum accessit, & multa affectus. Ratio vero, quamobrem judicaretur supplicio dignus, illa fuit, quod cum juvenis esset, nimium hunc inhiaret. Fuit autem apud Lacedaemonios laudatissimum, non solum ad verus hostem in aedem, verum etiam contra avaritiam & argentum audere pugare. Alian. lib. 4. de Var. hist.

CARNIFICES.

Mithridates rex omnes Gallograecos fidei insidiantes iussit necari. Mox cum forte in memoriam venisset ei adolescentis excellentissimae & florentissimae formae, miseris ejus penituit, ostenditque, graviter se ferre, quod inter primos necatus esset. Misit tamen cum mandatis, si adhuc incolumis esset, ut dimitteretur. Bepolitanus adolescens vocatus fuit, & mitrica quadam fortuna usus est. Cum arripere, veste nitida & pretiosa amictus erat, quam à cruore mundam cum servare Carnifex cuperet, dum sensim adolescens exiit, conspicit accurrentes vestis ministros, & juvenem nomine inclamanes. Ita quae multos perdidit, Bepolitanum nec opinantem servavit avaritia. Plur. in Viri. mult.

A QUIBUS EXIGERE.

ACCIPERE.

DISCIPLINA.

¶ Huc Praeceptores avari, cuiuscumque professionis. Jacobus Sylvius Parisiensis, medicinam privatus in collegio Triquetico docebat, mercede capitati numi argentei in menses singulos. Auditores habebat supra 300. Ex iis cum duo vel tres paupertate pressi stipem non numerassent, publice eos, ut ingratos, ut depegalatores, ut fures, acculare cepit, & nisi à reliquis expellerentur, à docendo se cessaturum minatus est. Eapropter Georgius Buchananus Scotus, viventi etiamnum tale fecit epicedium: Sylvius hic fatus est, gratis qui nil dedit unquam. Mortuus est, gratis quod legis ista, dolet.

SACRIS HOMINIBUS.

¶ Ex Tit. Sacrilegiorum huc quaedam pertinet. Nicephorus Imp. censum ab Ecclesiis & monasteriis exegit, ad expeditionem contra Bulgaros. Paulus Diaconus lib. 24. rerum Rom.

Sub annum Salutis 1195. cum Ricardus Anglorum Rex, nervis ad bellum gerendum necessariis destitueretur (nam filius jam exhaustus erat, tum fuit ex vinculis redemptionem, tum conti-

A concinis cum Gallo bellis) ab episcoporum bonis manus non abstulit. Quod indignè ferens Gualterius Rothomagensis, regis praeter ceteris aliqui familiarissimus, statim factis in universa sua ejusque cessantibus, ad Roman. Papam confugit, inque dicit grecum querelas voces cum lachrymis effudit. Subsequuntur & regi legati, ac necessitatem sui domini, qua urgeatur, exponunt. Ibi Pontifex pro rege pronuntiavit: sed & Gualterium delinquiturque placatum ad sua remisit. Post longam tandem simulatam ipse quoque rex & Episcopus in gratiam rediere, rege de damno olim illo satisfaciente. Neubergerius lib. 5. c. 21. & 24.

SACRIFICANTIUS.

Apud Israelitas, dum adhuc in Silon templum esset, pontifices hoc jus habebant in populum, ut quocumque sacrificium faciente, dum caro coquebatur, veniret puer pontificis, fuscina tridentem ferens, qua in lebetem, aut ahenum immissa, quidquid extraheret fuscina, id sibi pontifex vendicabat. Etiam ante incensum suffito adipem, veniebat pontificis puer, & immolatori jubebat, ut carnem daret asandam pontifici: pontificem enim ab eo non esse coenam, sed crudam carnem sumpturum. Filii igitur Eli pontificis duo nequissimi, Phinees & Ophnis, hac libertate abutebantur, & rapiebant etiam nolentibus per vim. 1. Reg. 2.

MONASTERIUM INGREDIENTIBUS.

Cyrillus Hierosolymitanus Episcopus Augustinum scribens tradit, fuisse Monasterium quoddam in Thebaidis partibus ducentarum ferè feminarum, apud quas consuetudo inoleverat, nullam in collegium admittendi, quae certum pecuniae numerum non asciret. Uni illarum apparuit in somniis D. Hieronymus, jubens ceteris nunciari, nisi ab ea exactione desisterent, ulionem ipsarum caputibus imminere. Haec à reliquis cum rifu riduli excepta sunt, existimantibus delirare mulierculam. Secunda deinceps & tertia nocte eadem via replicante, eiecit: Deo pro illa disponente, ne scilicet Loth cum Sodomitis disperiret, iustus cum impiis. Vix mulier septa monasterii egressa fuerat, cum monasterium ipsum terribili fragore corruit. Marul. l. 1. c. 67.

DIVERSAE RELIGIONIS SECTATORIBUS.

Domitianus Imp. stipendia ab his exigebat, qui Judaicam sequerentur superstitionem. Suet.

C. Julianus Imp. Apostata, exactionibus & multis pecuniariis persecutionibus Christianorum auxit, occasione sumpta ab expeditione, quam contra Persas instituerat. Lege igitur proposita, facit fecitque nolentibus multam imposuit gravissimam, brevique spatio ingentem pecuniarum acervum cumulavit. Socrat. l. 3. c. 3. Nacti hanc occasionem provinciarum praesides, ipsi etiam emolumentum sui causa longe gravioribus exactionibus Christianos exhaustiebant. De injuriis praefectorum querentibus: Vestrum, inquit, est ferre, cum assignimini: hoc enim Dei vestri praecipuum est. Socrat. 3. lib. 6. 14.

MERETRICIBUS.

Cajus Calig. ex captivis prostitutarum, quantum quaeque uno concubitu ineteret, exegit. Additumque ad caput legis, ut tenerentur publico, & quae meretricium, quae vel nocinimum fecissent: nec non & matrimonialia obnoxia essent. Suet. in Calig.

LITIGANTIBUS.

Caligula vectigalia nova atque inaudita exegit. Prohibitis atque iudicibus ubique conceptis xl. summis, de qua litigaretur: nec sine pena, si quis composuisset, vel donasse negotium, convinceretur. Suet.

SUBDITIS.

¶ Vide Tit. Avari reges.

HOSPITIBUS.

Xerxes cum multis myriadibus in Graeciam descendente, Abydeni ejus cenam parare iussit, ad extremam paupertatem fuit redacti: uti etiam reliquae urbes. Nam praeter ea quae in exercitum reliquum distribuebantur cibaria, trichinium regium aureis, & argentis vasis reliquaque suppellectile instruebatur: quae omnia mane milites, tanquam haec quoque donata essent, secum auferbant. Herod.

HOSTIBUS.

¶ Vide Tit. Avaritia praeda. Benadad Syriae rex in exigenda praeda ab Israelitis avarus fuit. Oppugnans enim Samariam, Achab rex Israelitarum se suaque omnia in ejus potestate futura asseruit. At ille eo non contentus, postero die legatos misit, qui regiam omnem & singulorum domos perstruerentur. 3. Reg. 20.

Graeci post pugnam felicem ad Salaminem, Andrum insula-

lam, quae cum Medis fenerat, obsederunt, animo illam delendi. Nam primi ex insularis Andrii pecunias potentes Themistocles denegaverat: eique alleganti, Atheniensis illic ire duobus magnis nummibus fretos, Suadaela, & Necessitate, & ita sibi dandas utique esse pecunias: responderunt, Athenas magnas esse atque felices, & diis propitiis bene processisse: se vero ad maximam soldi tenuitatem redactos, Andriorumque insulam totidem propitia numina nunquam derelinqueret, Inopiam & Impossibilitatem: quibus diis obnoxios Andrios, pecuniam non daturus. Nunquam enim Andriorum impossibilitate validiorem fore Atheniensium potentiam. Haec illi cum respondissent, nec pecuniam dedissent, obsidebantur. Themistocles vero (neque enim unquam acquirendo cessabat) ad ceteras insulas minacia verba mirrens, pecuniam flagitabat, eisdemque nunciis, eisdemque verbis utens, quibus apud Andrios fuerat usus: nisi pecuniam darent quam poscerentur, exercitum se Graecorum illuc adducturum, & eam insulam obsidem delaturum. Haec dicendo, ingentem pecuniae vim coegit à Carytiis & Paris. Herod. l. 8.

M. Craesus facile docet, inexplebilem hominum aviditatem nullis auti cumulibus, nulla bonorum myrtecia, aut drachmae grandine expleti: sed crescere semper, & augeri copia. Nam cum esset ditissimus Romanorum, haberetque tantum agri, quantum nec milvus oberret: sibi tamen modum praescribere, aut temperare non potuit, cum Patros (quorum opes stricte) aggrederetur. A quibus cum toto exercitu suis, immodicae libidinis dedit penas. Flor. & Plur. in Craes.

Nicephorus Imp. Graecus adversus Bulgaros bellum suscepit. Chrumnus eorum rex pacem orabat, munera non magna mittens. Dederat Graecus Persis ingenia munera: aqua vel majora à Chrumno inopis gentis rege postulabat. Indignitate rei furens Barbarus rex, congressi majore exercitu, minore ira ausum Graecum, ipsum maximamque nobilitatis partem interemit: capiteque caesi gravato, calvam argento induxit: eaque cum ipse libasset, proceres suos ebibere iussit: sic furore, ut auri cupidissimus Casar meto post fata expletus, alienam situm elucet sedaretque. Amil. l. 3. & Cusp.

MECHANICIS.

Alexander Severus Imp. brachiariorum, linteorum, citratoriorum, pelionum, plaustratorum, argentatoriorum, aurificum, & aliarum artium tributa influit. Alexan. ab Alex. l. 4. c. 10.

BAJULIS.

Cajus Imp. ex gerulorum diurnis quibus partem octavam exegit. Suet.

MERCATORIBUS, OPULENTIS.

Nicephorus Phocas Imp. si quos reperisset ab egestate ad divitias quacumque vel fortuna, vel industria evectos, ab iis veluti reperito thesauro emungebat, quantum poterat. Mercatoribus & artificibus, quicquid lucrum facere videbantur, inhiabat. Externos mercatores & nautas Constantinopoli negotiantes, agros sibi mercari cogebat, quod posset ab illis tributa honesto titulo exigere. Cenulatus quidam ex apibus rem faciens, dives evaserat. Eo accessit, Imperator ait: Pone manum tuam in vertice meo, & jura quantum fit tibi aurum. Qui aliquandiu, tanquam indigus, recusans, coactus est ab eo facere hoc: & centum se libras habere dixit. Quas eadem hora auferri praecipit, dicens: Tu his opus non habes, prande mecum, & tolle libras decem, & his vade contentus. Zonar. & Cedren.

MORTUIS.

Domitianus Imp. operum, & numerum impensis exhaustus, nihil pensi habuit, bona vivorum praedari, & mortuorum. Si quae quocumque factum, aut dictum adversus majestatem principis alicui objectum esset, confiscabatur ejus hereditas. Suet.

Margarita Danorum regina, Sueonas victos exhaustisse, non contenta, etiam mortuorum testamenta irrita fecit: ut eorum esset heres, quorum fortunam unquam vel uno saltem teruntio adauxisset. Io. Magn. l. 8. c. 6.

QUID EXIGERE, scilicet SACERDOTIA.

Apud Venetos olim summo probro id passim fuit, cum publice, tum privatim, si quis domi suam haberet, qui sacerdotia venaretur. At hodie vix unam aut alteram familiam invenias, quae non ex liberis unum domi habeat, qui amplissima sacerdotia possideat. Egnat. l. 8. c. 6.

SPOR.

A SPORTULAS . MUNERA ALIMENTARIA.

In Cæcilianum Martial. Epigr. 1.2. sic scribit:

Quicquid ponitur hinc & inde, verris Mammæ suminis, imbricemque porci, Communemque duobus aut agnam, Nullum dimidium, lupumque totum: Muræneque latus, femurque pulli, Scillantemque alicia sua palumbum: Hac cum condita sunt, madente mappa Traduntur puero domum ferenda: Nos accumbimus otiosa turba. Illus si pudor est, repono canam, Cras te, Cæciliane, non vocabo.

COMMEATUM.

Alexander M. unum ex Abulitis filiis Oxiartem hasta tranverberavit: Abuliti, qui nihil preparaverat commeatu, tantum argenti signati tria millia talentum attulerat, equis objicere iussit pecuniam, quibus eam gustantibus: Quo igitur nobis, inquit, hic paratus? Ita Abulitem in vincula compexit. Plur. in Alex.

SIGNA, STATUAS.

Vertes prætor monumenta antiquissima partim regum locupletissimorum, quæ illi ornamento urbibus esse voluerunt, partim etiam Rom. Imper. quæ victores civitatibus Siculis aut dederant, aut reddiderant, spoliavit nudavitque omnia: neque hoc solum in statuis publicis, ornamentique fecit, sed etiam delubra omnia, sanctissimis religionibus consecrata, depeculatus est: deum denique Siculis, qui ei paulo magis affabre atque antiquo artificio factus videretur, reliquit. Cic. de divin. in Verrem.

Idem Delum veniens, ibi ex fano Apollinis religiosissimo noctu clam fulsit signa pulcherrima, atque antiquissima, quæ in onerariam navem sumam conjicienda curavit. Postquam cum spoliatum fenum viderent ii, qui Delum incolabant, graviter ferebant (est enim tanta apud eos fani religio, atque antiquitas, ut eo in loco ipsum Apollinem natum esse arbitrentur) verbum tamen facere non audebant, ne forte ea res ad Dolabellam ipsum pertineret. Tum subito tempestates coortæ sunt maximæ, ut non modo proficisci, cum euperet, Dolabella non posset, sed vir in oppido consisteret: ita magni fluctus eiciebantur. Navis expulsa atque ejecta fluctu frangitur in litore, signa Apollinis repertiuntur, iussu Dolabellæ reponuntur, tempestas sedatur, Dolabella de loco proficiscitur. Cic. l. 2. in Verrem.

Nero expilavit provincias, spoliatis etiam in Urbe templis, quod triumphis & religioni universus pop. Romanus in metu sacraverat. Per Asiam & Achajam non dona tantum, sed ipsa etiam numinum simulacra quantuliscunque ornata divitiis abripuit. Suet.

Constantinopolim in magno templo ibidem à Constantino condito, stetit columna, argenteam statuem Magni Theodosii Imp. sustinens, ab Arcadio filio parenti positam pondere 7400. librarum. Eam Justinianus demolitus est, & direpto argento, in ejus loco aliam columnam collocavit, cui equestrem suam statuem imposuit. Zonar. tom. 3. in Justiniano.

Constantius III. Imp. Romam veniens, quinque diebus in perlustanda urbe consumptis, ad eam spoliandam conversus est. Ubi quicquid antiqui operis ex ære & marmore fuit, quicquid oculos potuit delectare, sublatum, aut revulsam, ad naves deferri iussit, ut plus ornamentorum unus septem dierum spatio urbi detraxerit, quam Barbari cæ. lviij. annorum intervallo: tot sanè anni intercurrerant à prima imperii inclinatione ad luctuosam illam cladem, quam Romanorum compilor verius, quam Imperator, miseræ civitati intulit. Er urbe per hæc deformata, xli. quæ venerat die, Roma digressus, Neapolim primò, inde Siciliam transtulit. Eo interfecto, Satacem facta irruptione, captaque Panormo, ornamenta Romanæ urbis illic à Constantio congesta, omnemque Syracusanam gazam in naves imposuerunt, optimaque præda onusti Ægyptum repetierunt. Sunt qui scribant, à Constantino Constantii filio omnia, quæ patet Romanis ademerat, Byzantium delata: qui paterna eade audita, continuo in Siciliam navigavit, ac Mississo feliciter oppresso, quicquid spoliatorum ibi fuerit, navi secum extulerit, quod multo propius vero mihi videtur, quam quod aliqui dicunt, Barbaris prædam cessidisse, qui post vindictam Constantii eadem, insulam invaserunt.

Accedit huc non levis conjectura, quòd Byzantium hujusmodi ornamentorum fuit jam inde abundans, ut tradunt quidam. Sab. l. 6. Em. 8.

ÆDIFICIA.

Antonius Caracalla Imp. cives omni pecunia exhaustis: & supra alias pecunie exactiones innumerabiles, fenatores cogit, ut propriis expensis complures domos, & sumptuosissima divertoria in mediis itineribus ædificarent: in quibus non modò habitavit nunquam, sed neque magnam eorum partem vidit unquam. Præterea amphitheatra, & circos in omnibus locis, in quibus hyemaret, & circos in omnibus locis, in quibus hyemaret, aut se speraret hyematurum, extrui alienis sumptibus curavit. Præficebat certaminibus unum ex libertis ceterisque locupletibus, ut in ea magnos sumptus faceret: eosque colebat suo flagello, atque aureos ab iis quasi homo abjectissimus petebat. Dion.

Post Romam à Gothis vastatam, prava consuetudo Rom. inceperat, ut ad publica ædificia reparanda, saxa ex antiquis operibus fumerentur, eaque ratio sensim post Vandalicam cladem ad privatas etiam constructiones erat translata. Quod dum magno cum urbis veteris dehonestamento committeretur, Majorianus Imp. rem non ferendam ratus, edicto vetuit. Sig. l. 4. Imp. occid.

Henricus I. Anglorum Rex statuit, ut unicuique liceret castellum vel arcem, quò vellet loco, condere, quòd speraret, ea munimenta sibi aliquando præsidio fore. Polyd. lib. 12.

* Superioribus annis Magistratus Bergizomenis (oppidum est non elegans, in Brabantie ducatu, quod marchionatus titulo gaudet) Domum Senatoriam ædificavit, sumptis lapidibus univèrsis ex insigni & splendide Ecclesiæ ædificio, quod ante civiles turbas, Marchiones veteri Ecclesiæ, ut erant religione in Deum præstantissimi, adjungerant, ea intentione, ut diruto choro veteris ædificii, ampliore, & que cum Antverpiensi conferretur, Ecclesiæ construerent. Quibus tam piis conatibus Templorum everfecit Calviniani insultantes, in illustria etiam illa Principum monumenta manus violentas iniecerunt, & demoliti creperunt, profanisque usibus applicarunt, nam præter domum senatoriam, insuper murorum munitiones, aliæque opera, ex lapidibus illis, qui omnes quadratè & politè, perierunt.

REGIONEM, HABITATIONEM. Rubenita & Gadinii pecotibus abundantes. Itaque cum terram Amorrhæorum & Basanæ, pascuis aptam esse viderent, petierunt à Moysè, ut sibi eam concederet possidendam cis Jordanem, ultra Jordanem terræ Chananzæ nullam portionem habiturus. Moyses eorum avaritiam primùm aculans, terram tamen illis esse concessit, ea lege, ut uxores liberique suos in illis oppidis relinquerent, ipsi verò armati cum ceteris Israelitis Jordanem transirent, nec nisi subacta Chananzæ revertentur, eo solo tractu contenti, neque ullam aliam terræ Sanctæ partem occupaturi. Num. 32.

PRÆDIA, AGROS.

Gulielmus Conquestor, quia per vim & jure belli regnum Angliæ ceperat, illius statum de integro collocare suo jure voluit. Itaque legem tulit agrariam, qua se possessionum multarum similiter urbanarum ac rusticarum dominum dixit, quòd priores domini eas postea redimerent, quarum bonæ partis proprietatem retinuit, sic ut qui in posterum tempus possiderent, velut fructuarii, in singulos annos aliquod vectigalis sibi & suis successores, domini causa persolverent. Sed excepit præscripto casus aliquot, quibus ejusmodi fundi ad se tanquam dominum redirent. Et id juris voluit alios dominos in suos habere fructuarios, quos Tenentes vocant. Ex hoc fonte lex agraria manavit, quæ ad hæc usque, ut paulatim magnam imposuerit fundis servitutem. Unde fit, ut nihil hodiè penè incertum sit in Anglia ipsa agrorum possessione, nec aliunde plus litium existat. Polyd. l. 9.

Circiter annum Salutis humanæ 1279. Edovardus I. Anglorum Rex pecunie egeus, cum pro jure regio esset benè multarum possessionum dominus, & non ignoraret tabulas sive syngraphas, quas vulgò Evidentias, aut Copias vocant, partim ob temporis longinquitatem, partim ob assiduas bellorum injurias, aut consumptas, aut amissas esse: publico edicto iussit, ut omnes prædiorum urbanorum sive rusticorum possessores docerent, quò jure quoque nomine illa retinerent: ut per hunc modum possessiones ad se dominum

Aminum pertinentes, constituta auctione, aut venderentur, aut redimerentur. Est itam multis de tali negotio disceptatum: donec Jo: Varianus Comes Surra, unus de multis homo popularis, videns regem ad prædam faciendam jam expandere rete, & neminem unum esse, qui reclamaret, sibi actioni tam acerbe intercedendum statuit. Itaque citatus coram magistratibus, quos Justitiaris dicunt, comparuit: interrogatusque, Equo jure possessiones retineret? educto repente gladio; Hoc, inquit, jure prædæ avita possideo, hoc quoque eadem defendam. Non nemo, quod non abhorret a vero, tradit, commissura. Cæterum, ubi id facinus Rex rescivit, veritus, ne seditio fieret, ab incepto desistit. Polyd. l. 17.

Albertus, Megapolensis Ducis F. Sueonum & Gothorum rex creatus, cum consiliatorum pessimorum rapinis ita evacuatum esset regnum, ut nunquam alicujus auri, vel argenti vestigium appareret, coactus est vim suis subditis inferre. Contractis ergo ad publica comitia pontificibus, proceribus, & omnibus, qui in regno prædæ possidebant, quodlibet tertium prædium ab eis pro sua curia sustentanda postulavit: statimque sine consensu possessorum, omnia quæ voluit, non servato numero, occupavit. Ob quam tyrannidem proceres cum Margaria Danie regina conspirantes, eum regno ejecerunt. Jo. M. l. 21. c. 12.

TRIBUTUM. VECTIGAL. DECIMAS.

Vide Tit. Aclius in Vectigalibus extorquendis. Illic astutia, hic avaritia, cuius lassamulatur, habendauratio.

Roboam rex Judæorum, Deo non placuit, cum populum suum vectigalibus nimis gravare vellet. 3. Reg. 11.

Darius Persarum regnum adeptus, viginti provincias, quas ipsi Satrapias vocant, constituit: iisque præfides præfecit, qui tributum exigere: cum hoc edicto, ut qui argentum, in Babyloniæ talenti pondere, qui aurum, in Euboico pondere afferret: valet autem Babylonicum talentum lxx. mnas Euboicas. Sub Cyro, atque deinde sub Cambyle, nihil fuerat circa tributa instauratum, sed munera afferbantur. Ob hæc tributum ordinatum, & alia hujusmodi, Persæ ajunt Darium fuisse institutem, Cambelic dominum, Cyrum patrem: quoniam Darius res omnes quas sui habebat, Cambyse asper erat ac morosus, Cyrus omninatione de Persis benè mereri fudebat. Supputatione igitur facta, colligebat Darius annuatim ex Asia, & parte quadam Africæ; argenti talenta Euboica novies millena, quingenta & quadraginta: auri quatuor millia talentorum, sexcenta & octingenta. India sola, ut populosissima est, ita etiam maximum dabat tributum, 360. talenta aureorum tamentorum. Præter pecuniam Cilices equos albos 340. annuatim pendebant, ad quos educandos 140. talenta erogabantur. Ægyptus certum frumentum numerum, 120. Perlarum millibus, qui in albo muro Memphisico stationem habebant, corumque auxiliariis: insuper etiam proventum piscatum ex lacu Meris: & Babyloniæ castros pueros quingenos. Herod. l. 3.

Pisistratus Atheniensium tyrannus, omnium rerum decimas exigebat: Is cum ignoto habitu progressus ruri rusticum in solo petroso ferentem vidisset, Quid ageret? interrogavit. Tum ille respondit: Sphacelos sero, & horum tamen vectigal quoque Pisistratus exigit. Movit libera vox tyrannum, ut tributum id subditis remitteret. Plur. in ejus vita.

Hipparchus, Pisistrati filius, Academiam muro sepit. Atque hujus rei nomine, magnam pecuniam vim ab Atheniensibus exegit. Suid.

Demetrius Poliorcetes talenta mille & ducenta singulis annis ab urbibus captis exegit. Alian. l. 8. Var. hist.

Antigonus rex Macedoniæ in extorquendis pecuniis acer erat, ac rigidus. Cuidam dicenti: At non talis fuit Alexander? Merito, inquit: nam ille merebat Asiam, ego culmos lego. Sentiens, opulentissimam Asiam prius ab illo spoliatam: sibi à spoliatis corradendum, quod posset. Plur. in Apoph. Regum.

Antiochus Epiphanes in Persidem ad tributa exigenda cum exercitu profectus, cum sumptus non suppetere ad bellum Judaicum, Elymada urbem oppugnavit. At turpi fuga Babylonem rediit, neque ita diu post ex animi mero-

re oblit. Vide Tit. Pana sacrilegii, ex 1. Machab. 6. E Dionysius senior exegerat pecunias à Syracusanis: deinde quum videret illos lamentantes, obsecrantes, ac negantes se habere quod darent, indixit alteram exactionem: idque iterum atque tertio fecit. At postquam, ubi majorem summam imperasset, audiret illos in foro obambulantes ridere, & scommata in Regem jacere, iussit præfidos ab exigendo quiescere: Jam enim, inquit, nihil habent, postquam contemnunt nos. Plur. in Reg. Apoph.

Queritur Sicilia tota, C. Verrem ab authoribus, cum frumentum sibi in cellam imperavisset, & cum esset triticum modius h. s. v. pro frumento in modios singulos duodenos sestertios exegisse. Cic. divin. in Verrem.

C. Cassius, interfectorem Cæsaris unum, oppresso ad Laodicam Dolabella, Tarsensibus ad eò grave tributum imposuit, acerbèque exegit, quòd Dolabellam aurea corona donassent, ut omnia publica & privata vendere sint coacti; suntque cum cæteris bonis virgines puerique parentibus pretio alienati, parentes quoque à filiis venditi; à fratribus forores. Sab. l. 8. Em. 6.

Licinus Julii Cæs. libertus, quem Augustus Gallie præfecerat; cum soleret singulis mensibus à Gallis tributa conferri, ipse xiv. menses fecit, ut cumularius discederet. At cum graviter apud Augustum à Gallis eo nomine accusaretur, ac vitæ periculum sibi imminere non dubitaret: ea quæ diu cumulaverat, dedit Augusto, ut vitam eriperet. Dion. Nicias in Augusto.

Tibecius Cæsar, cum deprehendisset Emiliuum Rectum, quem Ægypto præfecerat, nimium à populo exegisse, super ea re ratus rescriptis: Se tonderi velle suas oves, non de glubi. Dion. Nicias in Tib.

Caligula vectigalia nova atque inaudita, primùm per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per Centuriones Tribunosque prætorianos exercuit, nullo rerum, aut hominum genere omisso, cui non tributum aliquid imponeret. Pro cædulis, quæ tota urbe venirent, certum statumque exigebatur. Pro litibus atque judiciis ubicunque conceptis, xi. summa, de qua litigaretur: nunc sine pœna, si quis composuisse, vel donasse negotium convinceretur. Ex gerulorum diuturnis quæstibus pars octava, ex capturis prostitutum, quantum quæque uno concubitu mereret. Additumque ad caput legis, ut teneretur publico, & quæ meretricium, quæ vel lenocinium fecissent, nec non & matrimonia obnoxia essent. Suet.

Galba ex Hispaniis Romam profectus, civitates Hispaniarum, Galliarumque, quæ cunctantibus sibi accesserant, gravioribus tributis, quasdam etiam murorum destructione punivit, & præpositos procuratoresque supplicio capitis affecit, cum conjugibus ac liberis. Suet.

Vespasianus Rom. Imp. expugnata Hierosolyma, Alexandriam ingressus, magnam ab incolis pecuniam exegit, ut ne mendicis quidem pepercit. Multa vectigalia renovavit, auxitque multa, idemque in cæteris provinciis subditis imperio Rom. ac postea in urbe fecit. Quam ob causam Alexandrini multa convitia in eum iactabant: dicebantque præter cætera, cum sex obolos exigere. Unde Vespasianus tanta ira commotus est, ut vitrum sex obolos perfolvi iussit, statueritque supplicium de iis capere. Quorum pecuniam cum Titus deprecaturus, eis nihil magis pepercit. Neque verò Alexandrini eam ob causam desistebant, sed publice exclamabant: Ignoscimus Vespasiano regnandi imperio. Quæ cum temere effusissent, eadem petulantia, qua discedebant è vita, inferos explebant. Suet. & Dion. Thio filio ægrè ferente, quòd super alia sordida lucra urina vectigal excogitasset, coactam ex ea re pecuniam ejus naribus admovit, rogavitque, an illius odore offenderetur? negante illo offensam inde ullam sentiri: Atqui, inquit, è lotio hæc tibi est. Suet.

Commodus Imp. natali suo die uxoris senatorum, eorumque Liberis singulis binos aureos, tanquam aliquas primitias imperavit, idque tributum pendere coegit. Itemque ab senatoribus, qui in reliquis civitatibus erant, quinque drachmas exegit. Dion. Nicias & Xiphilinus. Desicientia pecunia, quò itinerarium eas exigeret, in Africam ad constituendam provinciam transfusurum finxit. Herod. & Lamprid.

Pellicennius Niger Imp. Palæstinis rogantibus, ut ipsorum censito levaretur, eò quòd regio esset gravata, respondit: Vos terras vestras levare vultis, ego etiam aerem vestrum censere cupetem. Aclius Spartian.

A Leo Maurus Imp. classe, quam adversus Italos paraverat, in Adriatico mari naufragio amissa, furore percitus, tertius Siculi ac Calabri populi parti tributum in singula hominum capita imposuit. Patrimonia quoque templorum Romae principibus Apostolis consecratorum (que pecunia quotannis pendebatur talentorum trium semis (in ætatum publicum referri iussit: & mandavit inspicere atque describi infames, qui nascebantur, ut census iste de singulis capitibus (Cephalationem vocant) exigi posset. Eum tamen deinde ad condendos muros, qui terra motu confiderant, auxit. Cedren.

Nicephorus Phocas Imp. quæstiones instituit, per quos veltigalia auferentur, quique supra Chartiacum, id est, id quod jam scriptum erat & taxatum, peterent in unoquoque numismate duo ceratia. A tributo fumario Ecclesiarum cultores, non pauperum hospitalia, non gærecomia, non denique monasteria erant tuta. Zonar. Cedren.

Constantinus Monomachus Imper. cum monasterium quoddam Manganorum ædificaret, fisco & publicis thesauris exhaustis, nec illicitis quæstibus abstineret, sed cum provincia quadam essent immunes, quæ pro omnibus veltigalibus locorum angustias tuerentur, & Barbaros aditu Romanarum ditionum prohiberent, custodiis abolitis, tributa sine provinciis imperavit. Unde Barbaris sine ullo negotio patuerunt. Illud certe quidem ei acceptum ferri potest, quod Oriens impiis barbarorum armis est subactus. Zonar.

Aistulphus Longobardorum rex, Romanis itatus, ab uniuersis iugis capite tributum exegit. Sigeb. in Chron. Bonifacius IX. Pontif. Maximus, ut auri argenti que thesaurum contraderet, veltigalia prædiorum instituit. Volat. l. 22. Anthroph.

Goticus Danorum rex, Frensis Germaniæ populis subactis tributum tale imposuit. Ducentorum quadraginta pedum longitudine domus erat, bis senis distincta spaciis, quorum quodlibet vicerorum pedum intercapedinem habebat, prædictæ quantitatis summam totalis spaciis impendio reddente. In hujus domus altero capite regius confidebat quæstor, in altero verò rotundus clypeus, in quem numeros aureos tributi nomine conijcerent, sed il soli in numerum venient, quorum tinnitus ad quæstoris procul sedentis aures pervenisset. Eoque fiebat, ut compluribus nummorum jacibus quæstorias aures frustrantibus, major pars pecuniæ Frensis periret. Cujus tributi onere per Carolum M. postea liberati produntur. Saxo l. 8. & Crantz. l. 4. Danica c. 2.

Frotho IV. Danorum rex, Saxonas victos, primò pro quolibet homine, deinde pro cubitalium membrorum quolibet, tandem pro quolibet membro indicem servitutis stipem quotannis pendente coegit. Saxo Gramm.

Margarita Norvegiæ & Daniæ regina, à Suecis quoque victo Alberto in regnum assumpta, Sueonas & Gothos gravibus tributis exhaustit: ita ut certam pecuniæ summam pro quolibet cauda jumentorum exigeret, florenum pro focco quolibet indixerit. Eadem tunc marcam unam Stocholmensem à quolibet conjugio exegit. Cætera tributa, quæ singulis mensibus & septimanis extorquebantur, vix poterant numerari. Jo. Magn. l. 21. c. 19.

Joannes Boemorum rex, ad extorquendas pecunias intentus, novum in Boemiam veltigal invenit, nullo rerum promeraculum genere omissio, cum non tributi aliquid imponeret: vocavitque Germano vocabulo (nam Boemum non Dinveniebat) Vngler, quòd vacuum pecunia faceret marcupium. Dvbrav. l. 21.

Alphonfus Siciliæ rex, erat liberalis natura: verum cum pecunia deficeret, à suis extorqueri per injuriam non gravitate ferebat. Instituit novo magistratu, quem pecuniæ præfidem Neapolitanis gentilibus appellavit, ei consiliarios adjunxit, qui neminem re vel fama divitem relinquebant intactum. Ille autem non modò exactam pecuniam, sed etiam quam suos in posterum putabat exacturos, temerè perfundebat. Ritus Neapol. l. 4. Reg. Siciliæ.

Vidi, inquit Erasmus in Adag. cum agerem rure Bononiensis, Julio II. ejus urbis ditione potito, extremæ paupertatis agricolas, quibus univèrsæ facultates in duobus bubus erant (nam horum labore totam familiam sustinebant) pro singulis singulos ducatos pendere.

Ferdinandus rex Neapol. non curavit, publica Campanorum nota, & accusatione, quòd aurum litens, Capue urinarium veltigal instituisse, sub privatæ utilitatis prætextu. Pontan. c. 37. de liberal.

Antonius Leva, Mediolano præfectus à Carolo V. ut mi-

lites suos stipendiorum liberalitate in officio retineret, à E quoquam cive Cererem coqui vetuit: quum venalis tantum panis ederetur, constitutis ejus monopolii tabernis, unde escurientes magno pretio panem coemerent, tanta edicti atrocitate, ut plerique inopes laquei metu fame passim interirent. Tanta avaritia crudelissimæ legis auctoritatem tuebatur, ut vel ab egenibus mulierculis, que desiderio panis subniceritias conficerent offusas, & in fartagine placentas oleo suffrixissent, contusoque in pila tritico farinam exprimere conarentur, prægraves penas exigeret: sic ut non infacere, quamquam amarissimè, M. Antonius Canicula, quæstorii ordinis civis, in corona diceret, Peramplam, uti reor, civis hic noster Antonius à Cæsare gratiam procul dubio refert, quando ei supra tot clara cognomina summæ majestatis, novæ nobilitatis ergo Furnarii titulum adjececit. Nam & tabernæ fumarie, & venales panes, Cæsareæ aquilæ nota signati, Imperiales vocabantur. Sab. Supplem. l. 11. ex Iovio.

LYTRUM.

Alexandro M. Afam occupante, civitas quædam obtulit illi partem agrorum, & præterea rerum omnium dimidium. Cui ille respondit: Hoc animo veni in Afam, non ut acciperem, quod dedisset, sed ut vos haberetis, quod reliquisset. Plur. in vita Alex.

Galli capta Roma, & obsessio Capitolio, Romanos ad eam necessitatem adegert, ut mille pondus auri obsequium redimere cogentur. Rei fœdissimæ perse adjecta indignitas est: pondera à Gallis allata iniqua, & Tribuno Romano recusante, additus ab insolente Gallo ponderi gladius: auditaque Romanis intoleranda vox, Ve victis esse. Praefugam infanda merces profereceret, per alterationem nondum omni auro appenso, Dictator Camillus intervenit, & quòd injussu suo ab inferiori juris magistratu facta esset, pacem ratam esse negavit, Galloque commisso praelio in fugam vertit. Liv. l. 5. Dec. 1.

Gothi cum Macedoniam, Epirum & Thessaliam diripiissent, nec pro captivis redimendis pecuniam idoneam ab Anastasio Imp. accepissent, coram captivos trucidarunt. Volat. l. 23. Anthroph.

Arabes, qui Mauritaniam incolunt, cum sint avarissimi propter pecuniæ cupiditatem hostium vitæ parant, ut ex redemptionem pecuniam comparant: & præterea multos à se in bello captos esse, maxime omnium gloriantur. Ofor. l. 8. rer. Emu.

Ricardum Angliæ regem, è facta expeditione domum per Austriam mutato habitu redentem, Humboldus dux cepit. Henricus VI. Imp. Ducem, terrore armorum illato, ad eum sibi dedendum induxit. Ita Ricardus sub certa pecuniæ conditione dimissus, Henrici in conspectum in Palmarum festo pervenit. Henricus in die pridie Nataliæ Apostolorum juravit, se Ricardum libris centum millibus argenti solutus, quarum tertia pars Duci Austriæ destinabatur, liberaturum. Ea pecuniæ rebus etiam sacris divenditis in Angliæ est exacta & Imperatori representata. In quo ille gravia Pontificis, & piorum hominum omnium convicia subit quòd regem optimè de Christiana republica meritum, & ab expeditione sacra revertentem, expilaverit. Sig. l. 15. regni Italici.

Tejas Aquilaris, levis armaturæ equitum Castriano- rum præfectus, immanis avaritiae, Hispanus, capto in urbe, an. 1527. expugnata, Laurentio Grano Signino Episcopo, Romana florenti eloquentia, quem ille egens pecuniæ & direpta domo, redemptionis pretium ægrè expediret, factratum caput insolenti vulnere propè didicit. Iov. l. 25. hist.

PRÆDAM.

Aliquot exempla pere ex Tit. Hostium manibus elabi, Præde objecta.

Saulus rex Judæorum propter avaritiam præcipuè reprobatus fuisse videtur, propter eam quòd prædæ ex Amalecitis ductæ inhiarit. Itaque dixit ei Samuel: Quare non audisti vocem Domini, sed conversus ad prædã es, & fecisti malum in oculis Domini? 1. Reg. 25.

Ad Agellum defecit Spithridates Perfa à Pharnabazo Phrygiæ præfecto. Confectatus Pharnabazum Spithridates, adjuncto Eriippida Spartiata, exiit cum castris, ac prædã est omni potius. Ibi acerbis interverte prædæ Eriippidas scrutator, Barbaros eam cogens reddere, omniaque inspiciens, & ex-

A & excutiens, asperavit Spithridatem, ut extemplo cum Paphlagonibus Sardis diceret. Id Agellum omnium dicitur fuisse molestissimum. Nam cum dolebat, quòd strenuum virum Spithridatem, & cum eo non modicam manum amississet, tum padebat eum notæ foridum & illiberalitatis: quibus non se solum, sed & patriam semper studuerat præstare mundam. Plur. in Agellio.

Harridas rex Moloform, bello petitus ab Ardie Illyrio, majorem aliquantò exercitum habente, imbellem multitudinem in Ætolia urbes abire iussit, tanquam urbes suas Ætolis concederet. Ipse cum his, qui arma ferre poterant, insidias in montibus & locis contragosis distribuit. Illyrii timentes, ne que Moloform erant, ab Ætolis occuparentur, velut ad prædã festinantes, neglectis ordinibus, accelerate ceperunt. Quos Harridas ex insidiis fudit fugavitque. Front. l. 2. c. 5.

Præfecti Romani, à Bellisario in Italia relicti, Veronam noctu occupaverant, per Artabazem Armenium, centum viris delectis. Gothi in arce confluxerant. Post paulò præfecti, ab Artabaze acciti, ad urbem procedere cum copiis inceperunt: verum in itinere, alteratione inter illos de prædã Veronensis dipertienda coorta, temporis aliquid consumpserunt. Itaque Gothi, luce orta, ex alto paucitatem hostium, qui urbem inierant, & longinquitatem eorum, quid amacedebant, concipiant, incitato cursu urbem reperierunt, ac Romanos expulerunt. Sig. l. 19. Imp. occid. & Blond. l. 5. ex Procopio.

Slavi, qui Sialandiam Suenone III. regnante invaserant in fugam à Danis acti, tanta nihilominus terrore cupidi- tate tenebantur, ut artibus, quos abigere non poterant, machatis pelles detraherent. Saxo l. 14.

Thabotitarum mulieres, & ipse latrocinio afflictae, spoliandi partes filii namque sine viris afflictae, scrutantes in nudo etiam corpore mulierum locos, ne quid in illis auri aut argenti abstruderetur. Dvbr. l. 26.

STIPENDIUM MILITARE.

Cùm Valentem Orienti præfecisset Valentinianus I. Mediolanum venit. Germani eò legatos miserunt pro more, ut ad principem novum, pacemque venalem obtulerunt. Sed cum minor, quam speraverant, munera accepissent, Casperius quinque habitus ab Urlicio officiorum magistro, abjectis donis in Germaniam reverti, graviter in avaritiam perfidiamque Romanorum perorantes, vestissimas concitaverunt nationes, ita ut Gallias, Rhetias, Vindeliciamque, Alemanni, Suevo: Quadi, Noricum, Pannonias & Moesias: Gothi, Tracias: Scoti, Picti, Saxonium nationes, Britannias, oramque Gallicam invaserint. Sig. l. 7. Imper. occid.

Stilicho pacem cum Alarico Gothorum rege victo constituit, ac militatam ei præfecturam palam ab Honorio imperavit: occulte autem ei præcepit, ut se ad invadendum Illyricum Arcadii Orientale pararet. Itaque Alaricus hoc consilio ex Pannonia Honorii provincia cessit, atque in Epirum Arcadii rediit: ibique expectatè promissa ac iussa Stilichonis incepit. Mox literis Honorii ab ea expeditione deterritus, ex Epiro in Pannoniam & Noricum cum Gothorum multitudine rediit: atque inde legatos misit ad Stilichonem, pecuniam polcens pro mora, quam rogatu ejus in Epiro transisset: ni daret, se in Italiam descensurum, ac damnata prædã agris farciurum, ostendit. Stilicho cum Honorio & senatu de re proposita consultavit: ac cæteris bellum cum Alarico gerendum esse censentibus, ipse pacem decrevit. Percorantibus autem, Cur pacem redimere pecunia vellet? Quia ob commodum principis, inquit, Alaricus in Epiro mortuus est, ut decem Illyricum invaderet, idque Honorii Imperio adderet; quod tutum erat, nisi me Honorius ab ille expeditione deterrisset: ac simul literas ejus protulit, & culpam in Serenam conjecit, quæ æqua dicere Stilichonem senatus censuit, atque Alarico nomine pacis quadraginta librarum millia solvenda dedit. Sig. l. 10. Imp. occid.

Oitrogothorum Reges in Pannonia confidentes, cum munita à Marciano Imp. sibi dari statuta, ut pacem tenerent, non miti à Leone viderent, legatis ea de re Constantinopolim misit, animadvertent, Theodorico Titarii filium genere Gothum, cum suis prosperitate florentem, & Romanorum amicitias insignem, annis muneribus onerati. Quare commoti, quasi ipsi dignitate inferiores judicati fuissent, repente arreptis armis, Illyricum invaserunt,

ac prædas inde multas impunè egerunt. Leo verò Imp. & E præsentia dona petiit, & in posterum diligenter solutum promisit: pacisque renovatè obfidem Theodoricum filium Theodorici, jam octo annos natum, accepit. Sig. l. 14. Imp. occid.

Terbellio Bulgarorum Duci, Justinianus II. & Constantinus Heraclii filius tributarii fuerunt, ejus ope ab Avarum incurfione liberati. Is scutum, quo utebatur in bello, supinum collocabat, & equi flagellum, & pecuniam, dum utrumque regebat, ingerebat: & hasta in terra extensa usque ad ambas oras sericam vestem altè admodum accumulabat: ac cistulas auro & argento refertas militibus dabat, dextram auro, sinistram argento replens. Suid. & Bonfin. l. 1. Decad. 1.

Quarto anno Mauricii, Longobardi bellum adversus Romanos moverunt. Mauritius Childberto regi Francorum l. millia solidorum dono misit, ut Longobardos ex Italia pelleret. Is cum exercitu rem aggressus, dona à Longobardis etiam accepit, & rediit domum. Paul. Diac. de gestis Longob. l. 3. c. 8.

Helvetii, communi hominum de se opinione elati, cum victorias, quibus Rex Galliarum Ludovicus XII. proximèque rex Carolus IX. in Italia potiti fuerant, præcipuè ab iporum virtute, suorumque armorum terrore profectas, seque eam ob causam de Galliarum regno non parum meritos existimarent, à rege sædus innovare petente, sibi pensiones lxx. millium Francorum in singulos annos, à rege Ludovico XI. ceptas, & ad ea usque tempora perductas, præter eas quæ clam multis privatis dabantur, augeri postularunt. Quæ cum audaciùs flagitarent, Rex eorum insolentia, quòd sibi adeò imperiosè tributum imponerent, morus, magis è regia dignitate, quàm ex præfenti ratione, verbis iracundis eos rejecit, ac ferè contemnere cepit. Eam igitur ob causam ipsi promissis auctoritatèque Julii II. Pontificis permoti, & à Sedunensi Cardinale concitati, maximo in Lucernatibus comitis multitudinis confensu, ei bellum inferre decreverunt. Sex millia igitur eorum, ann. 1510. ab Julio II. Pp. evocati, à Clamonto, Gallicarum copiarum in Italia præfecto, ad Tresie pontem, ad extremam panis pecuniarumque inopiam redacti, suas quisque domos redierunt. Guicciard. l. 9.

SALARIIUM.

Vide Tit. Grammatici, Medici, Juriconsulti, Theologi avari.

COMMODATUM, MUTUUM, CREDITUM.

C. Verres Milesios navem poposcit, quæ eum præfidit causâ Myndum profereceret. Illi statim myoparonem egregium de sua classe ornatum atque armatum dederunt. Hoc præsidio Myndum profectus, milites remigique Miletum Myndo pedibus reverti jubet, ipse myoparonem pulcherrimum de decem Milesiorum navibus electum, L. Magio, & L. Rabio, qui Myndi habitabant, vendidit. Quo illi navigio ad omnes pop. Rom. hostes usque ad Dianio, quod in Hispania est, ad Sinopam, quæ in Ponto est, navigaverunt. Cic. l. 3. in Verrem.

Erat in hospites prodigus M. Crassus, siquidem patebat omnibus domus ejus, atque amicis mutuo dabat sine cenore. Verum elapso tempore, id quod crediderat, repererat præcisè, & evadere hoc gratitum multis odiosus ultus. Plur. Ad Petrum Martialis. Epigram. l. 11.

Solvere, Pete, decem tibi me sestertia cogis, Perdiderat quoniam Bucco ducenta tibi. Ne noceant, oro, mihi non mea crimina: tu qui Bis centena potes perdere, perde decem.

Petrus Medices, mortuo patre Cosmo Florentino principe, qui largitiones suas debito nomine texerat, & ne populi voluntatem à se abalienaret, nihil à quoquam exigere curaverat, cum domesticos thesauros exhaustos, & hoc ipso dominatum sibi à patre relictum non diuturnum fore videret, nomina compellere & de solutione agere cepit. Ea re sic offensus est populus, ut hanc occasione inimici contra Petrum conspirandi arripuerint. Bru. l. 1. hist. Florent.

CENSUM, REDITUM.

Gulielmus Rufus Anglorum Rex, humana patiret ac divina sibi quæstus prædæque esse constituit. Itaque ut facinora illa, quæ deinceps editurus erat, leviora minoraque judicaretur: sui commodi ex rebus sacris augendi initium sumens, mortuo. Lanfranco, neminem furtogavit, sed in quatuor annos Archiepiscopatus Cantuarvensis veltigalia grandi pecunia plus offerenti locavit. Fecit itidem, quoties contigit,